

65
132
Viro Illustri & celeberrimo

AN. SEBASTIANO KORTHOLO

S. P. D.

Ja. Gramnius.

Jam diu est quod occasionem expectavi, ut fasciculum quem vides, ad vos mitteretur, paratusq; nunc eram, ut vectoris publici opera uterer, nisi profens hoc se commode obtulisset. Habes itaq; Vir amicitiae hic descriptum Legum Scanicarum exemplar, quod, etiamsi non nitidissime, imo potius negligenter & sordide exaratum, tamen, postquam id collatione mea cum impresso accuratissimum reddidi, ita ut in nullo fallat apice, destinata usui, ut spero, futurum illustrissimo Dn. Westphalio. Ceterum de Jo. Mejeri illo opere spes mea decollavit; cum illud nusquam inter MSS. Regia Biblioth. reperire potis fui, putog; omnino falsam opinionem me fuisse, dum ex tribus Blutingii exemplis, quae ipse aservantur, unum, quod Jo. Mejeri alicujus nomen, utpote professoris, in fronte adscriptum profert, pro opere illo Mejeriano olim sumserim, atq; ita, et non satis considerata, in indices meos retulerim. Interim dum alios

de eo libro sciscitor, (qui olim certissime exhibitus
in Bibliotheca Petri Jo. Resenii, teste ejus Catalogo
pag. 178. n.º 6. sed nunc, post anni 1728. incendium
cum tota illa Academia nostra suppellectili
desideratur,) est, qui mihi affirmat, istam
Mejeri legum Inst. expositionem in variis Libris
vestrae Bibliothecae reperiri, atq. se exemplum
ejus in vico Stenburgenfi olim deprehendisse.
Optarem equidem, ut in tale aliquod incidere,
ne diutius in tenebris lateret egregii Viri labor,
publicoq. luci subtraheretur. Ut autem
ignoscat haec mea ositantia, qua Illustrissimo
Viri spem fecelli nequaquam prudens, tua mihi
Vir amicusime, interpretatione opus est, quam
ut mihi ne deneges, fidem tuam obsecro.
Mitto interim librum ms. ad expositionem Juris
Instici itidem spectantem, qui olim ex Bibliotheca
Dn. Joachimi Alefeldi de Bruckhagen ad b. m. Comitem
Daneshiold de Sansoe, exq. ejus auctore, ad me peruenit,
cujus equidem auctorem nescio, nisi forte sit altera
pars Blutingeriani operis. Hung. Codicem, cum
nulli mihi usui sit, lubens utendum ac possi-
dendum Illustrissimo Viro trado, modo illo

hucusq; apparatus ejus carent. ita vale,
 Vir Mostantissime, novumq; quem ingessi fu-
 rus, annum felicissime cum multis seenturis
 transige. Hafnia a. d. III. Januas. MDCCLXIII.

Pene oblitus eram gratias tibi agere pro trans-
 missis ultimis per Dn. Reventlowium egregis &
 tui ingenii, quod nondum confenuisse video, & filii
 tui Summi Venerandi monumentis: Ea vero plane
 exosculatus sum magnaq; cum voluptate perlegi.
 Syngrapham tuam hoc quidem temporis momento
 reperire nequeo, sed repertam quamprimum aut
 mittam, aut certissime Vulcano tradam. Nam
 Bircherodii notas illas in Alnothum & Taurum
 Cimbricus recte a te recepi. iterum vale &
 festinationi meae ignosce.

Recepi die 27 Maii hora 7. vespertina